Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

De planetis figuræ cœli inserendis.

Impositis signis cuspidib. domiciliorum cœli, sequitur nunc altera pars hujus tractatus, quæ docet planetas quoque figuræ cœli inserere. Requruntur autem ad hanc partem quatuor:

I Primum ut preparares & æquares tempus ad planetarum motus.

II Ut colligas diurnos motus singulorum planetarum.

III Ut quæras per regulam proportionum quot gradus & minuta diurni motus tuo tempori reducto & æquato respondent.

IIII. Ut planetas cum suis gradib. & minutis rectificatæ figuræ inseras, & dextræ signis suis adiungas.

De præparando & æquando tempore.

Quoniam tempus astronomicum nondum aptum est ad motum planetarum ingrendum, preparetur ergo hoc modo.

I de preparando.

Primum considera ad quem meridianum Ephemerides sint computatæ. Sunt autem tres Ephemerides ad meridiem Tubingensem appositæ, cujus longitudo est 25 graduum & 23 minutorum. Longitudo utrum nostri loci ad quem figura cœli est erigenda 30 grad. & 30 minutorum. Reducitur ergo loca planetarum ad meridianum Vitrbergensem, auferendo minorem longitudinem a maiore & habebis differentiam longitudinis duorum locorum, quam quærites in tempus hoc modo: